



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum sit peccatum mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

et multoties ex illius reuerentia. Non tamen est ibi proprie con-
tempus De iqua ex infirmitate subiecti iam passionibus animi
contempto peccandi fit, iuxta illud Augustini. Dum seruitur li-
bidini, facta est confusio.

¶ Super Questionis
centesima sexagesi-
ma secunda Articuli
quintum.

In articulo quinto
eiusdem questio-
nis dubia multa oc-
culta occurrunt ex
Martino in questio-
ne secunda, de super-
bia. Primum est circa
rationem, quare super-
bia est peccatum mor-
tale, quia scilicet im-
portat non subijci ho-
minem Deo &c. Co-
tra, inquit: Non om-
nis se non conformans
legi diuinae, peccat
mortaliter. ergo non
omnis, qui se extollit
supra id quod est sibi
præfixum secundum
regulam diuinam, peccat
mortaliter. ergo hoc non
est sufficiens ratio, ut
superbia sit peccatum
mortale. Antecedens
probat, quia peccans
uenialiter tantum, non
se conformat legi diuinae.

¶ Secundo, Vanus &
ambitiosus peccant
aliquando uenialiter,
& tamen ita peccando
non appetunt secundum
id quod est eis præfixum
secundum regulam, & me-
suram diuinam. ergo
hoc non est sufficiens
ratio, propter quam
aliquod peccatum sit
mortale.

¶ Tertio, stat aliquem
de se aestimare super
id quod est sibi con-
stitutum secundum
regulam diuinam, &
non peccare mortali-
ter. ergo hæc ratio
non est sufficiens ratio
peccati mortalis in
superbia. Antecedens
probat, quia stat aliquem
hoc modo sic de se aesti-
mare, & contra nullum
præceptum diuinum
peccare: quod probatur
inducendo per
singula præcepta diuina.

¶ Quarto, non quodlibet
auctori à Deo, est peccatum
mortale. ergo nec omnis
defectus subiectionis ad
Deum, est peccatum mor-
tale. Antecedens probatur,
quia non quilibet auctori
à Deo fit per actum nolendi,
sed aliqua fit per negationem
actus volendi in re, & pro
tempore, in qua & pro quo
non tenemur conuerti ad
Deum sub poena peccati
mortalis.

¶ Subdit postea Martinus
responsionem ad authoritatem
Apostoli in littera dicens, quod
si concluderet magis con-
cluderet de inani gloria
quæ superbia, quæ sit peccatum
mortale.

¶ Secundum dubium est
circa rationem quasi aliam,
quare superbia est peccatum
mortale, quia, scilicet con-
tempus Dei, ut auctor dicit
expresse in sequenti articulo.
Contra inquit Martinus, non
omnis superbia est contemptus
Dei. ergo non omnis superbia

non habet. Quod autem aliquis
presumptuosè tēdat in id quod
supra ipsum est, præcipue vide-
tur ad quartam speciem pertine-
re, secundum quam aliquis vult
alijs præferri.

AD QVARTVM dicendum, quod
illa tria quæ ponit Anselmus ac-
cipiuntur secundum progres-
sum peccati cuiuslibet, quod pri-
mo corde concipitur, secundo
ore profertur, tertio opere perficitur.
Illa autē duodecim quæ ponit
Bernardus, sumuntur per op-
positum ad duodecim gradus
humilitatis, de quibus supra
habitu est. Nam primus gradus
humilitatis est corde & corpore
semper humilitatem ostendere
defixus in terram aspectibus, cui
opponitur curiositas, per quam
aliquis curiosè vbique & inordi-
nate circumspicit. Secundus gra-
dus humilitatis est, ut pauca ver-
ba & rationabilia loquatur ali-
quis non clamorosa uoce, contra
quem opponitur leuitas men-
tis, per quam, scilicet homo superbe
se hēt in uerbo. Tertius gradus
humilitatis est, ut non sit facilis
& promptus in risu, cui opponi-
tur inepta lætitia. Quartus gra-
dus humilitatis est taciturnitas
vsq; ad interrogationē, cui op-
ponitur iactantia. Quintus gra-
dus humilitatis est tenere, quod
cōis regula monasterij habet,
cui opponitur singularitas, per
quam scilicet aliquis sanctior
vult apparere. Sextus gradus
humilitatis est credere & pronun-
tians se omnibus uiliorem,
cui opponitur arrogantia, per
quam, scilicet homo se alijs præfert.
Septimus gradus humilitatis
est ad oīa inutilem & indignum
se confiteri, & credere, cui oppo-
nitur presumptio, per quam ali-
quis reputat se sufficientem ad
maiora. Octauus gradus humili-
tatis est confessio peccatorum,
cui opponit defensio eorundē.

Hic articulus v.

¶ *Utrum superbia sit peccatum mortale.*

AD QUINTVM sic proce-
ditur. Videt quod super-
bia non sit peccatum mortale.
Quia super illud Psalm. 7. Do-
mine Deus meus si feci istud,
dicit glossa. scilicet uniuersale
peccatum, quod est superbia.
Si igitur superbia esset peccatum
mortale, omne peccatum esset
mortale.

Item 2. Præter. Omne peccatum con-
trariatur charitati: sed superbia
non videtur contrariari charitati
neque quantum ad dilectionem
Dei, neque quantum ad dilectionem
proximi: quia excellentia
quam quis inordinate per super-
biam appetit, non semper con-
trariatur honori Dei, aut utilitati
proximi. ergo superbia non
est peccatum mortale.

Item 3. Præter. Omne peccatum mor-
tale contrariatur uirtuti: sed su-
perbia non contrariatur uirtuti,
sed potius ex ea oritur: quia ut

humilitas appetitur tendentem in excellentiam
do illi modum diuine subiectionis. Ac per hoc
uni proprie excellentie apponit immo contrariatur
diuinam subiectionem. Et hinc proponitur
ta littera, si prospectus q. auctoritas. Et hinc
cipienda est, ad man. scilicet, quæ illa
alpernando eam superbia.

¶ Ad primum argumentum Martinus respondet
consequenter, intelligendo consequenter
su authoris, contra quem dicitur arguere
se expreta subiectione diuina, peccat mortale.

¶ Ad secundum dicitur, quod vanus & contemptus
maiora ex repulsa diuine subiectionis. Et hinc
positum, sed iuxta primum sententiam arguitur.

ex illa causa constituitur peccatum mortale.
Stat aliquem nullo modo conuenire
quam manus continent eum, & tamen de
forte prælatum, aut principem suum, ergo
ni peccato superbie potius Dei contemptus
Nonus gradus humilitatis est in
duris & asperis patientiam am-
plecti, cui opponitur similitudo
confessio, per quam scilicet ali-
quis non vult subire penam pro
peccatis, quæ simulate confite-
tur. Decimus gradus humilitatis
est obedientia, cui opponitur
rebellio. Undecimus gradus hu-
militatis est, ut homo non dele-
ctetur facere propriam uoluntatem:
cui opponitur libertas per quam
scilicet homo delectatur libere
facere quod uult. Undecimus
autem gradus humilitatis est timor
Dei, cui opponitur peccandi
cōsuetudo, quæ implicat Dei
contemptum. In his autem duo-
decim gradibus tanguntur non
solum superbie species, sed etiā
quædam antecedentia & conse-
quentia, sicut etiam supra de hu-
militate didicimus.

Hic articulus v.

¶ *Utrum superbia sit peccatum mortale.*

AD QUINTVM sic proce-
ditur. Videt quod super-
bia non sit peccatum mortale.
Quia super illud Psalm. 7. Do-
mine Deus meus si feci istud,
dicit glossa. scilicet uniuersale
peccatum, quod est superbia.
Si igitur superbia esset peccatum
mortale, omne peccatum esset
mortale.

Item 2. Præter. Omne peccatum con-
trariatur charitati: sed superbia
non videtur contrariari charitati
neque quantum ad dilectionem
Dei, neque quantum ad dilectionem
proximi: quia excellentia
quam quis inordinate per su-
perbiam appetit, non semper con-
trariatur honori Dei, aut utilitati
proximi. ergo superbia non
est peccatum mortale.

Item 3. Præter. Omne peccatum mor-
tale contrariatur uirtuti: sed su-
perbia non contrariatur uirtuti,
sed potius ex ea oritur: quia ut

humilitas appetitur tendentem in excellentiam
do illi modum diuine subiectionis. Ac per hoc
uni proprie excellentie apponit immo contrariatur
diuinam subiectionem. Et hinc proponitur
ta littera, si prospectus q. auctoritas. Et hinc
cipienda est, ad man. scilicet, quæ illa
alpernando eam superbia.

¶ Ad primum argumentum Martinus respondet
consequenter, intelligendo consequenter
su authoris, contra quem dicitur arguere
se expreta subiectione diuina, peccat mortale.

¶ Ad secundum dicitur, quod vanus & contemptus
maiora ex repulsa diuine subiectionis. Et hinc
positum, sed iuxta primum sententiam arguitur.

Ad tertium dicitur, quod in tali estimatione & appetitu quam do est peccatum ueniale, non est superbia nisi materialiter, & propterea non est mirum.

Ad quartum dicitur, quod antecedens est falsissimum, nisi abutatur uocabulis. Et ad probationem negatur quod sit possibile homini auerti a Deo sine per actum uolitionis, sine uolitionis in re, tempore, loco &c. sine obligatione ad mortale: quonia aut non est auerti a Deo, aut si est auerti, est peccatum mortale. Sed falluntur forte multi, quia non discernunt inter simpliciter, & secundum quid. Nam haec omnia, scilicet non subijci Deo, auerti a Deo, facere contra legem Dei, abijcere diuinam regulam, abijcere diuinam mensuram, & similia, si simpliciter & absolute, hoc est sine additione aliquam sumatur, important mortis uoluntatis peccati mortalis ex suo genere, quia important manifeste diuinam iniuriam, ac per hoc sunt contra charitatem. Sed quia illam possunt sumi secundum quid ex imperfectione actus, uel propter indeliberationem actus, ut contingit in primis motibus: uel propter imperfectionem materiae, ut contingit in peccatis uenialibus ex suo genere, ut mendacium officiosum. Haec enim omnia differunt a diuina lege, mensura, subiectione, regula: sed non nisi secundum quid contra haec sunt. Et propterea correcte loquendo dicimus, quod sunt praeter legem &c. idcirco fallum apparet, quod ista sint ex suo genere mortalia, cum tamen in ueritate sic sint: quia ipsa absolute sunt praudicantur, nec falsificantur ex eo, quod secundum quid inuenta, non nisi uenialia reperiuntur. Et hoc habet in moralibus semper pra oculis, si non uis falli.

Ad solutionem autoritatis apostolicae dicitur, quod autoritas non est allata, ut ex ea concludatur superbia esse peccatum mortale, sed ut ex ea patet qualis est subiectio quam aspernatur superbia, scilicet quod est subiectio ad Deum mensurate distribuentem. Et quoniam aspicere ad diuinam subiectionem, non est inanis gloria, sed superbia: ideo auctoritas magis ad superbia quam inane gloriam ex hac parte spectat.

Ad secundum debium, quod quia de propositione posita in littera sequentis articuli est, debebat illo deferri, tamen in praesentiarum respondendum duxi, & propter coincidentiam rationis, ut patet, & propter arguentem, qui ad questionem praesentis articuli reuertit propositionem illam. Cum igitur arguitur primo, quod non omnis superbia est contemptus Dei, negatur: & dicitur quod si superbia ex propria sui generis ratione habet quod sit contemptus subiectionis ad Deum, sicut humilitas habet quod sit amplexus subiectionis ad Deum. Contemptus autem subiectionis

nis ad Deum, & contemptus Dei, ut synonyma sunt in proposito. Et ideo dixi, quod est inuam ratio ista, & procedens quare superbia est peccatum mortale.

Ad probationem dicitur, quod ut iam tactum est, sicut detractio formaliter alienam famam laedit ex intentione laedendi famam, & tamē detractio materialiter, quae doque mortale peccatum est, si sine intentione laedendi famam notabiliter quis laedat famam proximi ex loquacitate, & tunc actus redit ad naturam suae speciei propter implicitam intentionem famam laedendi, quae ibi conuincitur: ita superbia formaliter importat ex spreta diuina subiectione appetitum excellentiae propriae. Et propterea cum quis proximum ex illa radice spernit, superbus formaliter est. Cum uero proximum spernit contemptu spectante ad superbiam, & non ex illa radice, si notabiliter contemnit, ad superbiam speciem redit, sicut imperfectum ad perfectum. Communiter siquidem iste similiter intendit implicitate abijcere diuinam subiectionem in appetitu propriae excellentiae: sicut ille detractor materialiter conuincitur intendere implicitate laesionem famae. Ex hoc patet solutio secunda. Dixi autem si contemptus spectat ad superbiam: quia sicut sunt multae species uirtutum circa honoratum proximi, puta, pietas, obsequantia &c. ita sunt opposita illis uicia circa dehonorationes, seu contemptus proximi.

quia scilicet praueiunt rationis iudicium, & sunt praeter eius consensum: ita etiam & circa superbiam accidit quod aliqui motus superbiae sunt peccata uenialia, dum eis ratio non consentit.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, superbia non est uniuersale peccatum per suam essentiam, sed per quandam redundantiam, in quantum scilicet ex superbia omnia peccata oriri possunt. Unde non sequitur quod omnia peccata sint mortalia, sed solum quantum oriuntur ex superbia completa, quam diximus esse peccatum mortale.

Ad secundum dicendum, quod superbia semper quidem contrariatur dilectioni diuinae, in quantum scilicet superbus non se subijcit diuinae regulae prout oportet. Et quandoque etiam contrariatur dilectioni proximi, in quantum scilicet aliquis inordinate se praefert proximo, & ab eius subiectione se retrahit, in quo etiam derogatur diuinae regulae, ex qua sunt hominum ordinis instituti, prout scilicet unus eorum sub alio esse debet.

Ad tertium dicendum, quod superbia non oritur ex uirtutibus sicut ex causa per se: sed sicut ex causa per accidens, in quantum, si aliquis ex uirtutibus occasione superbiae sumit. Nihil autem prohibet quin unum contrarium sit alterius causa per accidens, ut dicitur in 8. Physicorum. Unde et de ipsa humilitate aliqui superbiunt.

ARTICULVS VI.

Utrum superbia sit grauissimum peccatorum.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod superbia non

esse Deo, quam non subijci illi: superbia tamen non attenditur in littera penes praesse Deo, sed penes non subijci Deo: & ratio est, quia sermo est de superbia, quae est uirtutum humanum, sicut & de ceteris uitijs. Constat autem inter humana uirtuta computari contemptum subiectionis ad Deum. Sed quod aliquis in tantum exorbitet, ut uelit praesse Deo, hoc plus quam uitijs est, spectat namque hoc ad bestialitatis ordinem. Est igitur superbia humanum uirtutum, quae subiectionem ad Deum aspernatur, quam humilitas amplectitur. Est & superbia plusquam diabolica, quae & Deo praesse appetit, de qua scriptum est, Superbia corum qui te oderunt, ascendit semper. Rarissimi enim sunt odio habentes Deum, quorum superbia habet pro materia conculationem, & quicquid semper peius occurrit deitati, quam & calamus, & lingua, & cogitatio horret.

Super Quaestio. 162. Artic. sextum.

In art. 6. eiusdem 162. quaestio. dubium ex Martino in quaestio. 3. de superbia occurrit contra haec dicta auctoritatis, scilicet Superbia

Art. 5. huius quest.

Lib. 8. text. 5. com. 2.

Infra art. 7. ad 4. & Pf. 18. in Et 2. cor. 12. 16. 3.